



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Personis quæ donare possunt, & quib. donari licet, & de donationibus
filiisfa. factis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

De Rebus quæ in donationem veniunt. Cap. 8.

- 1 Donari possunt res, quarum dominia transferri possunt, non alia.
- 2 Hereditas viuentis quare donari non potest a successore.
- 3 Intra certo aduenturæ donari possunt.
- 4 Dominium bonorum donatio presentium & futurorum sine vlla reservatione non valet.
- 5 Si fiat, aliter valet.
- 6 Donator an teneatur creditoribus donantis.

Res, quæ donari possunt, illæ erunt, quæ in commercio habere venire possunt hominum: quare donari non potest, quod fieri non potest accipientis, *in adibus, §. si de don. P. vt res aliena, l. si filius, 4. C. eo. l. constante, 21. eo. res quæ eius est, cui donatur, P. aul. l. si consensum, 15. §. si de contrah. emt. P. §. sic itaque discretis, de acti. quod pertinet tamen ad viciuendi facultatem, donationis rei alienæ titulus prodest, *l. 1. & 2. pro dona. P.* Sed id non facit sola donatio, sed & temporis lapsus, ex negligentia domini. Quæ in commercio hominum non sunt, vt res sacræ, religiose, donari nequeunt, *linter stipulam, §. sacras, de verb. obl. l. si in emtione, §. omnium, de contrah. emt. P.* nec a personis, & prælati ecclesiasticis res ecclesiæ in præiudicium eius donari possunt, *c. 2. de dona. c. ea enim §. sui vero res, 10. q. 2. ca. exceptione, 12. q. 2. tunc de reb. eccles. non alie. apud Gregor. in Sexto, & clem. 1. de non alien. reb. eccles. in Auth. L. i. b. e. m. cum suis authenticis. C. de sacrosanctis eccles. §. Non t. valet quoque donatio hereditatis viuentis ab eo facta, qui se successurum viuenti sperat, *l. quidam in iure, 3. o. §. si de don. P.* Quia pactum futuræ successiõis viuentis reprobatur, *l. pactum quod donati, §. l. fin. C. de pact. l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. l. ex eo, C. de mutui stip. cum similit. tunc quod indignus hereditate censetur, qui ad eam viuentem domino aspirauit, *l. l. quidam in iure, §. fin. & l. nam vt indigno, de don. P. l. 2. §. fin. de iis quibus vt indignis, tum quod eius quod non est, nullæ sint qualitates, l. eius qui in prouincia, de reb. cred. P.* viuentis autem nulla est hereditas. Quare autem nihilominus retineantur donationes, quæ in conventionibus matrimonii fiunt de hereditate futura suo loco, Deo fauente, in vltimis voluntatibus, & testamentis explicabimus. ¶ Iura tamen quæ nobis competunt, habent suspensionem ex tempore executionem, *l. 1. pro herede. P. l. de heredit. vel actio. ven. P.* & in spe quæ sunt certa, possunt donari, *l. spec. C. de don. non secus quam fideicommissum a nobis relictum & præstandum sub dubia conditione, l. 1. C. de pac. l. de fidei. commisso, de transactio. C.* ¶ Omnium tamen bonorum donationem, presentium & futurorum, nulla reservatione facta, verius est non valere. *Barth. in l. stipulatio ista. n. 6. de verb. obl. idem in l. si quis, in principio, de leg. 3. & in l. fin. & ibi Cynus, C. de pact. Pan. in 2. parte consiliorum. conf. 48. Bal. in l. fin. C. de pact.* Quia per illam clausulam, presentium & futurorum, præcluditur via donanti, habendi heredis, qui non nisi aliquo lucro non præsumitur velle defuncti adire hereditatem, *§. 1. de lege Falcid. l. quod de bonis. cod. tit. P.* ita hoc donationis placitum, vt reliqua quæ adimunt testandi facultatem improbat, *l. si fratres, §. idem respo. pro soc. P. d. l. si pu. hoc modo concepta, de verb. obl.* Sed & inde votum improbatum captandæ mortis viuentis, vt mox dixi, induceretur, *d. l. fin. C. de pact. c. detestanda, de præb. in Sex. c. 2. de concess. præb. ap. Greg. in l. itaque prodigi hic videtur, qui profusa liberalitate, omnia sibi ademit: & proinde exemplo prodigi, rata non erit eius alienatio, *l. 1. de cura furio. l. is cui bonis, de verb. obl. P.* nec auditur, ita petire volens, non tantum, de appellatiõibus, qui se omnibus bonis, & vitæ præfidiis exuit, & priuat, vt necis qui supra modum inconsiderate onerat promissione operarum libertatem, *l. 1. §. que oneranda, quarum rerum act. non dat. l. 2. de oper. liber. in P. §. Sitamen* fiat tamen donatio omnium bonorum presentium, non tamen futurorum, vel beffis, vel alterius partis, recepta erit dummodo quærela inefficaciæ donationis non expugnetur, vel ne supra legitimum modum fiat, *l. si quis argentum, §. sed et si quis, C. de donatio. l. vt mihi donares, 21. & l. fidei i. s. r. i. eo. tit. 4. pure. l. §. si domus, & §. si eum, de dol. ma. excep. in P. lib. 4. titu. 4. toto tit. de inoff. don. C. l. si vnamquam, de reuoc. C.* Sic enim potestas querendi donanti in posterum relinquatur, largitis omnibus facultatibus: & sic videtur hic donator omnium bonorum alicuius tantum partis successor, habita ratione futuri temporis, & querendorum, vt non possit conueniri a creditoribus donantis, vt communis est sententia interpretum, *Guiliel. Bened. in c. Raynurius, in verb. cetera bona, num. 46. de testam. gloss. in l. hereditatem, faciunt leges proxime citata.*****

Quia actio personalis non sequitur fundum, nec bona, *l. 1. si heres, ad Trebellian. l. aris, Cod. de donat. facit l. 2. Cod. de hered. vel act. vend.* Et ita a curia suprema Auferrius refert iudicatum, in tractatu reffor. cap. 12. ¶ Nisi tamen agatur a creditoribus, primum contra donantem reuocatoria, veluti in fraudem creditorum facta donatione, *l. vt mihi donares, 21. de donat. in P. gloss. in l. aris, & ibi Bald. Salic. & Angel. §. item si quis in fraudem, de acti.* Ita si donator est soluendo, vel heres eius prius bona eius, quæ possident excutienda sunt, quam perueniat ad tertios possessores, *l. Ma. schis, 47. de iure sig. P.* si autem soluendo non fit, vel si nullus eius heres sit, ex æquitate agi possit directe contra donatarium etiam directe personali, nulla intentata reuocatoria, *arg. l. si maritus, de fundo dota. in P. gl. in l. 2. de here. vel actio. ven. C.* Et ita feruari testatur in curia suprema Gratianopolitana Guido Papæ. *quæstion. 105. vt euitret conuentionem circuitus, quod in alitis receptum, l. dominus, de condiction. in debiti. P.* Potissimum, vt scribit Guilielm. Benedictus, quod in Gallia parui faciamus iuris solemniam, quæ vocat ceremonias, nec inficiamus actionum ineptam conceptionem. Et conceduntur hodie literæ, seu codicilli vocatioq; in ius in regno, contra heredes, & contra eos, qui bona possident debitoris, quocumq; titulo possideant, si alius non fit, qui eius nomine non soluat, *Guiliel. Bened. ad dicta verba, cetera bona, num. 46. & 47. Alibi Auferrius decis. capell. Tholo. 386. post Cynum in l. 2. ad leg. Jul. de vi pub. donatorem non teneri respondere creditoribus donantis tradit, quando videlicet sub nomine quotitatis ex conuentione partium fit donatio, vt in l. cum res, C. de don. in l. omnes, §. Lucius, quæ in frau. credit. contra, si bona ad alium deferantur, per modum quotitatis, ex dispositione iuris, d. l. 2. ad leg. Jul. de vi pub. vel sub nomine hereditatis, l. hereditatem, de don. P. l. mulier bona, de iure sig. P. aut ex referito principis, l. princeps bona, & ibi Barth. de iure sig. P. Idem Auferrius tamen fateatur donatorem teneri pro donatariis, si illi debitorum inueniantur non soluendo, *Anfre. in d. q. 36. per l. plane si filium, §. 1. delegat. & per l. 1. & 2. de here. vel actio. ven.* Verum nihilominus erit, perpetuo onus æris alieni, singularis rei donatorem non sequi, si alia bona debitoris sunt, vel si ante contractum debitum donatio fiat, *d. l. aris, 15. C. de dona. & res donata, non erat obligata, l. 1. §. si heres, ad senatus. Trebel. l. si fideicommissum, §. aractatum, de iud. Donantur & remittuntur iura actioneq; l. si donationis, 8. C. de dona.**

De Personis quæ donare possunt, & quibus donari licet, & de donationibus filiis familiaris factis, Cap. 9.

- 1 Donantes domini esse debent rerum donatarum.
 - 2 Donare quæ persone possunt, & quæ non, cod.
 - 3 Reus criminis quis donare, & de rebus suis disponere possit.
 - 4 Debitor quando donare possit, & quando Donatio in fraudem facti, & creditorum censetur facta.
 - 5 In fraudem creditorum quando censetur donatum, cod.
 - 6 Donare possunt Mutus, Surdus, Senex, & c.
 - 7 Per se per alios per epistolam, per nuntium, & c.
 - 8 Meretricibus donatio num fieri possit valde.
 - 9 Donari quibus personis possit, cod.
 - 10 Absenti facta donatio quomodo valeat.
 - 11 Donare sibi nemo potest.
 - 12 Donatio filios familiaris fieri non potest.
 - 13 Aduenturorum usus fructus patri quæstus etiam hodie, profectua bona etiam hodie, quod pertinet ad proprietatem, a filios familiaris patri quaruntur, cod.
 - 14 Donatio filios familiaris facta a patre, cur non valeat.
 - 15 Valens autem facta emancipatis.
 - 16 & 17. Donatio filios familiaris facta a patre, morte & emancipatione firmatur.
 - 18 Dotis & donationis in filios familiaris distinctio.
 - 19 Donatio causa militum & studiorum causa filios familiaris facta, non imputatur filio in legitima, & valet vt reuocabilis.
 - 20 Donatio filios familiaris recte a patre et sic ob bene merita, & quæ sunt illa.
 - 21 Donatio filios familiaris facta a favore matrimonii valet et inter vivos: sed conferenda, si succedere veli patri.
 - 22 Donationes causa mortis non conferuntur.
- P**ersonæ tamen quibus licet munificentiam exercere, proculdubio domini rerum donatarum esse debent, *l. portionem propriam, 12. C. de dona. mentis compotes, l. 2. de i. s. r. i. P. l. si uxorum bona*

